1638 18)

BIBLIOTECA NACIONAL

Num. V.

XTRAORDINARIA ELATIONIS ISTORICO-HEBDOMADARIAE

Continuanda Continuatio, 5. *Februarij*, 1638.

Romæ, 9. Ianuarij.

IAm in vrbe, quam per totum regnum Neapolitanum magni hoc tempore ad bellum inſtituuntur apparatus, militumq́ue conſcriptiones pro tholica Sua Maieſtate ſedulò continuantur, quem in finem etiam per vuerſum regnum extraordinariam quandam contributionem perſoluere, & dicti ſubditi ciueſque Neapolitani ex centenis domorum focis in binoum militum alimentationem ſumptus conferre, quilibetque Procerum vnū quitem armare tenentur. Ferunt, ex hoc Contributionis neruo, præter ſectiſſimam Neapolitanæ Nobilitatis, Regis ſui militiam vltro ſequentis, & ro patriæ ſuæ incolumitate arma arripientis manum, inſtructiſſimum octoecim armatorum peditum millium, & octo millium expeditiſſimorum leioris, & cataphractæ armaturæ equitum exercitum poſſe conſcribi, & in ampum produci.

Gallicanæ naues in Archipelago duas Barbarorum naues intercepere captiuas, cuius rei fama cum ad Tunetanos & Algierianos delata eſſet, in deſideratam à Gallis captiuorum Chriſtianorum liberationem conſentire noluerunt, quin potius duriora vincula eis iniecerunt, poſtmodumq́ue copioſore nauium numero enauigantes, & pyraticam exercentes, vndecim diuerſorum Chriſtianorum Principum, ac Rerumpublicarum naues in mari mediterraneo ſuperarunt, & cum opulenta præda ad ſuas colonias abduxerunt.

Venetijs, 15. Ianuarij.

Excellentiſſimus Catholicæ Maieſtatis Legatus Don Franciſcus de Melo, &c abhinc Mediolanum, indeque vlteriùs Genuam verſus profectus eſt, ibidemque nauem creditur eſſe conſcenſurus, & ad Regem ſuum in Hiſpanias nauigaturus. Hodie Illuſtriſſimus Cæſareæ Maieſtatis Orator Dominus à Rabbata, &c. cum ſplendido ſexaginta aulicorum comitatu, ad hanc vrbem acceſſit, quem Senatus pro dignitate excepit.

Ex Hiſpanijs perſcribitur, Comitem de Ognate, Regis iuſſu, in ſuis ædibus

Biblioteca Nacional de España

bus captiuum detineri; cauſam Arreſti (vt vocant) ſubeſſe aiunt, quod
gis ſui mandato, in Italiam proficiſci renuerit; Seditionis dudum in
galliæ ortæ obliteratam eſſe memoriam, nullaque amplius coniuratoru
nicioſa remanere germina, ſed pręcipuas vrbes, vt & Euora, ad Regis ſ
ac obſequium adactas eſſe.

Byzantio perſcriptis literis nunciatur, Perſarum Regis Legatum illic
gno Turcarum Solymano maxima affici ignominia, nec ſatis fuiſſe T
quod eius ædes vndequaque militum ſtationariorum præſidijs ſtipata
cluſerint, ſed etiam ſic omni elabendi occaſione ei præciſa, ad tantò m
eius deſpectum, duos Perſicæ nationis milites in prædicti Legati ædib
clathratos feneſtrarum cancellos in furcam egerint, ac ignominioſ
mortuos toti populo ludibrio ſpectandos proſtituerint.

Ex Cæſarianorum Caſtris in Electoratu Brandenburgico, 18. Ianuarij.

Gallaſsij miles, equitatus potiſsimum, ex pabulationis & alimentatio
ficultate, Pomeraniam anteriorem deſeruit, itinereque per Eoitz, Dem
Klempenavv, Triepſes, & Brandenburgicam vrbem inſtituto, rectâ in
gapolitaniam conceſſit. Ipſe Architribunus Gallaſsius hucuſque præ
ſua caſtra ſiue Quartieria in oppido Plavv habuit, quæ poſtmodum Pa
mum, iam verò vel ad Stellæ montem, vel ad ciuitatem Schvvan transf
da erunt, ex quo veriſimili argumento complures conijciunt, vrbis VV
rienſis obſidionem denuò redintegrandam eſſe, quandoquidem Cæſar
miles magno numero nunc in ea agri vicinia hybernare incipiat. Excel
tiſsimus Comes Ritbergenſis cum ſuis cohortibus in municipio Grew
len, Don Gonzaga in Rhena / Generalis militiæ equitum Præfectus à vi
Tribunus Bredavv in Warin, Colonellus Mulhaimer in Gadebuſch, v
quiſque pro ſua parte ſubſiſtit, ibidemque pro tempore hybernales ma
num ſuarum ſedes locarunt. Comes à Salis, &c. militiæ Cæſarianæ gube
cula in anteriore Pomerania capeſsit, & cum numeroſiſsimo illic ſubſiſte
peditatu Suecis multum faceſsit negotij.

Vienna, 20. Ianuarij.

In Comitijs Poſonienſibus inter quoſdam diuerſæ religionis Proceres mono
chiæ & diſsidia ortæ, quæ tamen aliorum Procerum interuentu compoſitæ, au
ribusque vtrimque altercantibus in arce vincula iniecta. Ad indicta in infe
Auſtriæ prouincia Comitia eius regionis Ordines. Statusque frequenti nu
nunc in hac vrbe conueniunt, quorum Præſides à Cæſare conſtituti excellentiſſi
Dominus Chriſtophorus Siegefredus Preiner. & Generoſus Comus à Kellevri
Diætarum in Morauiæ Olmucenſi metropole celebrandarum tempus etiam m
magisque imminet, idque in vndecimum Februarij diem dilatum, ad quod ite

Biblioteca Nacional de España

auctoritatis principeſque viri ſeſe propediem forent accincturi,dictique Mo-
iæ Statuum Conuentus prima ſubſellia occupare iuſsi ſunt Auguſtiſsimi Cæſa-
Officiales Bohemiæ Cancellarius Comes à Schlabata,& Generoſus Baro Iacnbus
Bertholdt,&c. qui Præſidum & Commiſſariorum munia, ex parte Cæſaris,erunt
bituri. Prædicta Cæſarea Sua Maieſtas hoc tempore etiam diuerſos Legatos ad di-
erſas Chriſtianorum Regum, Rerumpublicarum, & Principum aulas ablegauit,
inter alios, illuſtris familiæ Principem à Crummenavv, & Eggenberg tamquam
Oratorem Romam ad Summum Pontificem dimiſit.
Bini SaxoLavvenburgici Principes abhinc Poſonium verſus ſeſe receperunt, Cæ-
ſarem etiamnum illic commorantem allocuturi. Præterita ſeptimana Megapolita-
niæ Ducis Legatus ad hanc vrbem acceſsit,à Cæſare Ducatus ſui adminiſtrationem
per feudum impetraturus.

Mediolano,13 Ianuarij.

Hodie ad hanc vrbem acceſsit Ducis Parmenſis Nobilis aulicus,cum Excellentiſ-
ſimo Principe Franciſco de Melos ex parte heri ſui negotiaturus, ſed is triduo antè
Genuam profectus fuerat. Comes de Monterey, qui aliquamdiu Romæ ſubſtitit,hoc
tempore Piſas venit,ibidemque magno triumpho in vrbem introductus eſt. Mar-
chio de Leganes militares ad bellum apparatus gnauiter continuat, & præter ad-
uenientes quotidie in Ducatum Mediolanenſem Hiſpanorum copias, numeroſum
colligit exercitum, qui ad viginti ſeptem armatorum peditum, & ſeptem equitum
millia in Statu Mediolanenſi dicitur excreſcere.

Dantiſco 12 Ianuarij.

Danicæ naues ſub exitum menſis, cum captiuis nauibus Polonicis,Dantiſco ſol-
uerunt,in patriam nauigaturæ. Poloniæ Rex aduerſus Dantiſcanos grauiter offenſus
eſt,quod harum nauium iacturæ occaſionem ſubminiſtrarint, & contra Regni ſui
Conſtitutiones, hoſtilia in ipſum machinati fuerint; Senatus è contra Apologeti-
cam Defenſionis ſuæ epiſtolam typis impreſſam edidit, in qua obiectorum ſibi cri-
minum rationes diluere ac refutare conatur; mandauit præterea Rex, vt fortalitia
ciuitatis in alieno ſolo exſtructa deſtruant, indixitque omnibus nauarchis, vt de-
bitum ſibi vectigal in oppido Marienburg perſoluant.

Gluckſtadio,28. Ian.

Daniæ Rex pridie abhinc Kielanam vrbem verſus in Holſatiam nauigauit, & in
mari Balthico egregiam claſſem congregauit,eius maris imperium contra Polonos
vindicaturus,qui vltra auri millionem ærario ſuo damnum intuliſſe perhibentur.
Ex *Pomerania* 20. Ianuarij ſcribitur,legiones Cæſarianorum in Holſatia hybernare
cupientium à Dano prohiberi. Bannierius in cœmiterio quodam inſulæ VVollin
vicino fortalitium exſtrui iuſsit; id dum eius foſſores impigrè exequi vellent, ſtu-
pendum ſimul ac horrendum contigit prodigium:Terram namque dum foſſores a-
periunt,ea ſanguine manaſſe viſa eſt, cumque nihilominus in fodiendi labore Sue-
ci impigrè progrederentur, flebiliter heiulantis vox inſonuit,& terrificum illud væ
væ,væ,ingeminando,monuit, vt mortuorum corpora ſinerent quieſcere; ad quem
clamorem cum non attenderent Sueci,ſed cœpti fortalitij ſtructuram vehementer
vrgerent, ſub noctem tantus ſpectrorum, ſpirituum, & terriculamentorum auditus
eſt ſtrepitus, vt panico timore conſternati milites loco abire coacti fuerint.

Ex Caſtris Caſurianis inferioris Saxeniæ,30. Ianuarij.

Sue-

Biblioteca Nacional de España

Succorum apud nos præſidia ob ſtipendij defectum, & fidem, illis quide
miſſam, non tamen ſeruatam, ante paucos dies mutuo ſacramento conſpi
omnes eas ciuitates, oppida, & arces, quas occupant, ſpoliare, & cum præda
rianis ſe coniungere. Id dum circa huius menſis finem exequi parant, reuer
Succia quidam hæreticorum Procurator, & Catholicorum infenſiſsimus hoſ
mine Magiſter Voſtius Oſnabrugenſis, & falſiſsimo ſuo more per omnia p
ſpargit, viginti ſeptem armatorum millia in mari Balthico nauigarer & cu
menſa pecunia, alijſque belli neruum facientia, ex calicibus, & ornamentis
ſtarum fuſa, pro ſolutione militis, & patriæ ac religionis ſuæ ſalute, approp
remque Proteſtantium nunc longè feliciorem eſſe, quàm durante bello hoc
vnquam, prout literarum Regis Galliarum ad Succos miſſarum varijs Copij
cul dubio mentitis) docere conatus eſt. Miles ignorans credulus quadrupe
bus maligni huius ſpiritus verbis ineſcatus, factam coniurationem diſſoluit.
terim hæretici & apoſtatæ noua crudelitate accenſi, tam furioſè pauculos illo
ſiduos Catholicos fame & preſſura ferè extinctos tractant, & vexant, vt vel fu
vel latere cogantur. Hiſce tamen non attentis, nos forti animo, & gladio o
vincimus, nec aduentantes Succos timemus: ſatis nobis erit, vt dum nos pu
mus, vos pro fœlici victoria oretis.

Leodio prima Februarij ſcribitur:

Cathedralium Eccleſiarum Moguntinenſis & Herbipolenſis Canonicus
Leodium, cum in finem, vt theſaurum Eccleſiæ & Epiſcopi Herbipolenſis, tem
re, quo Succus deſpoliauit templa, & altaria diripuit, in noſtra Cathedrali d
ſitum, tranſportari curaret Coloniam, pro cuius rei ſecuritate, à Regibus, Pri
pibus, & Statibus ſaluum (vt dicunt) obtinuerat comeatum: Hinc ab hora
veſperarum vſque in duodecimam noctis, idem theſaurus ex Eccleſia ad Epiſc
le Palatium multo quidem labore, ſecretò tamen, tranſlatus, & ſeptem curri
impoſitus eſt; Et quoniam hoc rerum ſtatu, nihil tam occultè poteſt concip
paucis, quod non ſciatur à multis, innotuit factum totum poſtero ſummo m
omni populo; qui proinde religioſa ſuſpicione motus, clamauit S. Lamberti P
troni ſui reliquias, exuuias, theſaurum, & ornamenta à ſe abſtrahi, hocque o
futuræ & inſtantis ruinæ eſſe, ſicut fuit Magdenburgenſibus, quando ſacra pig
ra S. Norberti Archiepiſcopi ante paucos annos inde Pragam Bohemiæ metro
lim tranſportata ſunt. Quæ voces, & argumenta ſingulos ita commouerunt, vt
obſtante, quod is Herbipolenſis Canonicus Conſulum facultate & licentia hæc
ciſſet; tamen clamor inoaluit populi, vt onerati currus viſitarentur, ſicut fact
à Conſilio virorum viginti octo, qui concluſerunt omnia quoquo modo intra
ciuitatis mœnia depoſita, arreſto arctanda, & maximè quidem Herbipolenſiu
Patronorum reliquias, cum ſperent omnino eorum patrocinio plurima peric
poſſe ſuperare & vincere.

Bruxellis, prima Februarij.

Ante biduum Comes Piccolominæus huc adpulit, veteranarum legionum ſu
rum ſupplementa ſollicitaturus. Claſsis, quam nuper in Hiſpanias nauigar
memini, ſecundis nequaquam vſa ventis, etiamnum in Flandriæ prouincia ſubſiſt

FINIS.

Biblioteca Nacional de España